

SANCTUS EUGENIUS

EPISCOPUS TOLETANUS.

PROLEGOMENA.

[Gallandi, tom. XII.]

I. Duos tantum Toletanæ sedis, unus post alterum, antistites Eugenii nomine agnoscunt Gothici rerum Hispaniarum scriptores, ut advertit Mabillonius (a): tertium itaque immerito superaddunt recentiores, quos inter Mariana (b), quem et nos incuriose pridem secuti sumus (c). Erroris fontem detexere post Launoium (d), Tillemontius (e) et Gallicæ Historiæ litterariæ scriptores (f). Verum his missis, audiendus potius de nostro Eugenio Hldefonsus, qui eidem proxime in sedem Toletanam successit. Ex eo itaque intelligimus (g), Eugenio juniore de quo hic sermo, cum regiæ seu Toletanæ ecclesiæ clericus esset, monasticum institutum sequi placuisse. Quapropter Cæsaraugustam clam se recepit; ubi sacris litteris animum adiciens, cucullum induit, monasticæ vitæ insigne, *sepulcris martyrum inhærens*, id est, in cœnobio sanctæ Encratidis seu Encratiæ, ad Massam-Candidam appellato. Exinde vero a clero Toletano in pontificem cooptatus, accedente Chindasvinthi regis jussu, in urbem regiam revocatur, eademque ecclesiæ post Eugenium seniore anno DCXLVI præficitur, ac duodecim fere post annis successorem habuit Hldefonsus, postquam tribus conciliis Toletanis VIII, IX et X, præsedidit. Doctrina et sanctitate inclutus fuit hic præsul, ejusque memoria die qua ex hac vita in gravit, Iulibus Novembris, publicis Ecclesiæ tabulis habetur inscripta.

II. Erat in B. Eugenio fervens ac strenuus ad sacrum ministerium animus, sed vires corporis impares. Ecclesiæ astici cantus numero temporum negligentia depravatus ad meliorem rationem atque antiquitatis regulam conformavit. Varia quoque lit-

terarum monumentis consignavit, quæ sic refert Hldefonsus modo laudatus (h). *Scriptis, nimirum: de sancta Trinitate libellum et eloquio nitidum, et rei veritate perspicuum, quem hodie desideramus; duo item libellos, unum diversi carminis metro, alterum diversi operis prosa concretos; libellos quoque Dracontii de creatione mundi metricè conscriptos, quos antiquitas protulerat vitiosos, ea quæ inconvenientia reperit, subtrahendo, immutando vel meliorando, ita in pulchritudinis formam redegit, ut pulchriores de artificio corrigentis, quam de manu processisse videantur auctoris. Et quia de die primo idem Dracontius omnino reticendo, semiplenum opus rursus est reliquisse; Eugenius et sex dierum recapitulationem, et de die septimo, quæ illi visa sunt, eleganter dicta subjunxit.* Duos autem hosce Dracontii libellos a B. Eugenio recensitos et suppletos, una cum ejusdem Epistola ad Chindasvinthum regem cujus jussu eos emendaverat, ex editione Sirmondiana excidendos curavimus in tomo IX nostræ bibliothecæ Patrum, pag. 705 et seqq. Quo de opere deque illius auctore verba fecimus ibid. *Prolegom.* cap. xxii, pag. 40 et seq.

III. Porro quod spectat ad duos Eugenii libellos, quorum alterum metro, alterum prosa conscriptos memorat Hldefonsus; posterior quidem intercidisse videtur, priorem vero carmina xxxi complexum, Parisiis vulgavit anno 1619, cum aliis veterum opusculis metricis clarissimæ memoriæ vir Jacobus Sirmondus, cujus exemplar, paucis aliquot ex Barthii adversariis emendationibus auctum, typis commisitimus.

(a) *Mabill.* Annal. Ord. Ben. lib. xiii, § 36, tom. I, pag. 562, et ad Act. SS. sæc. II Ben., pag. 494, not. a.

(b) *Marian.* de Reb. Hispan. lib. vi, cap. ix.

(c) *Prolegom.* ad tom. IX Bibl. PP. cap. xxii, § 3, pag. 41.

(d) *Laun.* Var. de duob. Dionys. opp. tom. II, C

part. I, pag. 550 seqq., nov. edit., 1731.

(e) *Tillem.* Mem. eccl. s. tom. IV, pag. 717, not. 9.

(f) *Hist. littér. de la France*, tom. I, part. I, pag. 416 seqq.

(g) *Hldefons.* de Scriptor. eccl. s., cap. xiv.

(h) *Id.* ibid.

NOTITIA HISTORICA.

[Ex Antonio, Bibliotheca vetas Hispana.]

Eugenius duos, Toletanæ sedis alterum post alterum præsul, S. Hldefonsus miris extulit laudibus, quorum prior Cinthilæ, Tulganis, ac Cindasvinthi regum tempore huic præfuit Ecclesiæ. Non hic prior Eugenius scriptor fuit, quamvis scientia clarus et ingenio callens; Numeros enim, statum, incrementa, decremентаque, cursus recursusque lunæ tanta peritia norit: ut considerationes disputationis ejus auditorem in stuporem verterent, et in desiderabilem doctrinam inducerent.

Primum Gothi inter Toletanos antistites hunc Eugenium (eo enim antiquiorem alium haud nove-

runt) secutus est alter sive secundus Eugenius, vulgo tertius. Quem ita describit Hldefonsus: *Item Eugenius alter post Eugenium pontifex subrogatur. Hic cum Ecclesiæ regiæ clericus esset egregius, vita monachi delectatus est. Qui sagaci fuga urbem Cæsaraugustanam petens, illic martyrum sepulcris inhæsit, ibique studia sapientiæ, et propositum a monachi decenter incoluit.* (Monasterium incoluisse inquit S. Engratiæ, alias sanctarum Massarum xviii, martyrum Engratiæ sociarum, quod tunc temporis præcipuo cultu frequentabatur (a). Vide Anton. de Jeyes, cent. 2 ord. Benedictini, ad annum 657, cap. 1). Unde

(a) Videtur hoc loco Noster sanctas Innumerabilium (ita enim vocantur), sed Innominatorum, Martyrum Cæsaraugustanorum massas, confundere cum duodeviginti ejusdem urbis martyribus quorum lau-

des panxit, et nomina quæ metro claudi poterant expressit. Prudentius, *Peristeph.*, Hymn. XVIII. (M. Cæsaraug.)

principali violentia reductus, atque in pontificatum adactus, vita n̄ plus virtutum meritis quam viribus egit. Fuit namque corpore tenuis, parvus robo e, sed valide sevevens spiritus virtute. Deinde refert ejus opera, quibusde nos postea, et absolvit his caput: *Clarus habitus fuit temporibus Cindasvinthi et Reccevinthi regum, fere duodecim annis tenens dignitatem simul i g'oriam san'erdotis; sicque post lucis mundiali occasum in basilica: anctæ Locadæ tenet habitati ne sepulcrum.* Erat nempe 671, hoc est anno 633. Toleti adhuc sedebat Justus, cum celebraretur quartum Toletanum concilium, Sisennadi tempore. Inter hunc annum et 636 necessario ei successit prior Eugenius, qui Toletano V provinciali præfuit, sexoque nationali anno 638, tertio loco subscribens interfuit. Diem autem suum ante annum 646 obiens, vacuum jam hoc anno reliquerat Eugenio nostro locum: quo scilicet, tertius etiam ordine subscribendi, septimi Toletani pars fuit. Falsus ergo Pseudo-Luitprandus, qui ad annum 649 Eugenii prioris mortem constituit. Patet autem non hunc, sed posteriorem esse hujus concilii Eugenium, ex eo quod in sexto posterior Eugenio legitur Honoratus Hispalensis; in septimo vero Antonius Hispalensis Eugenium præcedit; quod, nisi decedente post Antonii creationem priore Eugenio, contingere haud posset. Ordo enim inter metropolitanos juxta ordinationis ætatem servabatur proedria: interfuit quoque Toletano VIII, anno 653, Reccevinthi tempore. Præfuit nono provinciali 655, decimoque nationali 656, sub eodem rege. De his omnibus agit Rodericus Toletanus episcopus, lib. II, cap. 22. Isidorus autem Pacensis, quamvis crebra memoret facta sub Eugenio concilia, unum tamen octavum descripsisse videtur; licet de Episcoporum numero inter ejus Chronici et conciliorum editiones aliquantulum intersit.

Die xii Novembris, quo obiisse dicitur, celebrat viri clarissimi sanctitatem Ecclesia Toletana, ejus olim sedes, ab anno 1613 (a). Habeturque ejus memoria in additionibus ad Usuardum, in Romano martyrologio, et aliis quæ noviores laudant (b). In divorumque numerum eum relatum fuisse Vasæus annotavit in Chronico ad annum 651, cujus rei auctorem producere debuit, ne Ambrosio Morali, qui sciebat nondum ætate sua festum de eo in Toletana Ecclesia diem agi, temere ac sine auctore ullo id scripsisse videretur. Idem Joannes Mariana observat lib. VI, cap. 9, sed non nisi ad memoriam ejus sancti a martyrologis factam Vasæus respexit; recentioribus nempe, Maurolyco et aliis nostratibus, non primo Cabilonensi, aut Equilino, aut Galesinio. Exstat quidem in Romani martyrologii ab Alexandro de Peregrinis facta editione Veneta anni 1560. Natum quoque Eugenium et regis stirpis parentibus avunculumque S. Ildephonsi fuisse, incredibilem relinquitur, qui Pseudo Juliani nœnias (c) aliquo pretio habent, aut quidquid alicubi scriptum est, e larario ipso veritatis desumptum existimant.

De operibus vero sic prosequitur Ildephonsus: *Studiorum bonorum vim persequens, cantus pessimis usibus vitiatos melodix cognitione correxit; officiorum missos ordines curamque discretit. Scripsit De sancta Trinitate libellum, et eloquio nitidum, et rei veritate*

(a) Quintanadueñas Santos de Toledo, siglo VII, día VIII de Nov.

(b) Idem Quintanadueñas et Tamaius, hoc die.

(c) In *Collec. veter. carm.* ad finem edit. ejus peruenit. Vide Moralem, lib. XII, cap. 34, principio; Marian., lib. VI, cap. 9; Padilla, centur. VII, cap. 45.

(d) Epistolam Eugenii ad regem (Reccesvinthum forte aut Chindasvinthum) de enumeratione Dracontii inter apographa nostra habemus ex codice Gothico bibliothecæ Toletanæ. Item præfationem ad idem

A perspicuum, qui Libyæ et Orientis partibus mitti quantocius poterat (ubi forsari Ariariorum hæresis aliave Triti sacrosanctæ inimica vitantium serpebat), nisi procellis resultantia freta incertum avidis iter viatoribus distuli sent. Scripsit et duos libellos; unum diversi carminis metro, alium diversi operis prosa concretos, qui ad multorum industriam ejus ex hoc tenaciter sanctam valuerunt commendare memoriam. Cuncta hæc periere. Nisi ex aliquo eorum sint testimonia illa quæ de resurrectione carnis et beatitudinis statu, S. Julianus ejusdem Ecclesiæ Toletanæ præsul egregio et sacro præceptorum suo Eugenio ascribit lib. III *Prognosticorum futuri sæculi*, cap. 17 et 24. Unum autem exstat, de quo tam in Ildephonsus: *Libellos quoque Dracontii. De creatione mundi conscriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quæ inconvenientia reperit subrahendo, immutando, vel meliora conjiciendo (conficiendo melius est), ita in pulchritudinis formam coegit, ut pulchrioribus de artificio corrigentis, quam de manu processisse videantur auctoris. Et quia de die septimo idem Dracontius omnino reticendo semiplenum opus visus est reliquisse: iste et sex dierum recapitulationem singulis versiculis renovavit, et de die septimo, quæ illi visa sunt, eleganter dicta subjunxit (d). Cujus viri sanctissimi iudicio de utroque poeta non parum detrahit ἀποψία ipsa: quæ docet affatim quantum valuerit unusquisque eorum facultate pangendi carminis, ætatisque barbaræ sub qua natus Eugenius fuit, consideratio.*

Dracontium temere aiunt gente Hispanum fuisse nonnulli, credentes auctoribus heri et nudius tertius confictis: quorum ex numero Haubertus Hispalensis fabulosissimus omnium cæterorum ad annum Chronici sui 430, num. 24: *S. vir Dracontius (ait) Uscæ Celtiberorum obiit, ubi erat presbyter.* Pertinet ad eundem poetam Julianus archiepiscopus Toletanus Adversario 498. Dracontii autem hoc opus inventum videtur fuisse anno 1491, in Bobiensi cœnobio Longobardiæ, si non aliud est Dracontii varium opus, quem inter alios ibi tunc repertos libros Raphael Volaterranus in *Geographia sua, sive Commentariis* versus finem enumerat. Meminit sane Dracontii noster Isidorus, operisque ejus *De creatione mundi*, cap. 24, *De Scriptor. Eccles. Multa de Hæremero Dracontii Gaspar Barthius lib. VII, cap. 20; lib. IX, cap. 7, et lib. XXIII, cap. 19, Adversariorum.* Quem quidem poetam ad incertæ ætatis auctores minime debuit Vosius referre (e); cum ex versibus ejus constet sub Theodosio juniore, qui ad quinquagesimum quinti sæculi annum vitam produxit, ipsum floruisse.

EDITUM fuit duobus libellis constans, cum Eugenii recognitione, et septimi diei appendice, aliisque ejusdem poematiis. Ex bibliotheca S. Victoris Parisiensi primum prodit auctore Gesnero, deinde Basileæ cum *poetis Christianis* aliis Georgii Fabricii opera, et in *Bibliotheca veterum Patrum*, editionis secundæ, anni 1624, quam præcessit altera editio Jacobi Sirmonti Parisiensis anni 1419. Horum aliqua carmina inseruit actis Eugenii ad diem xiii Novembris Joannes Tamaius Salazarus. Poetica sane ejus facultas (f) pro captu illius temporis tam ex his apparet, quam ex carmine quodam artificiose elaborato,

opus versibus scriptam, licet ἀπαραλον. Ac tandem recapitulationem septem dierum, ad finem libri Dracontii appensam. CARO. DE AGUIA *.

(e) Ult. cap., *De ætate poetar. latin.*

(f) Habemus penes nos, ex codice supra laudato, poematiarum Eugenii sesquicenturiarum; inter quo lepidissima multa, et nullo non sale condita: quæ aliquando e tenebris sitaque, in quæis tandiu lateverunt, emersura speramus. Si quisque epistolam quandam ad Protasium episcopum. CARO. DE AGUIA **.

sintho, non Reccevintho inscripta.

** Poematiarum Eugenii III Toletani sesquicenturiarum cum

* Habetur in novissima Matritensi sanctorum Patrum Collectione 1782, de qua mox tom. I, pag. 31, Cind-

quod ex ms. codice Michaelis Ruizii Agrazii dedit nobis Ambrosius Morales lib. xii, cap. 34, in quo singulorum versuum initiales et postremæ litteræ EUGENIUS MISCELLUS consuevit (a).

Michael enim Ruizius Azagra paraverat olim editionem horum Dracontii et Eugenii carminum ex codice Gothico ante septingentos annos, ut ipse credebatur, scripto. quæ quidem cum epistola ejus ad Decanum et Capitulum Toletanæ Ecclesiæ Kalendis Aprilis 1577, data, vidimus in mss. bibliothecæ Villumbrosanæ tomo VII *Miscellaneorum*. Adjunxerat et breves notulas : non utique a veteri proposito elendi deterritis notitiis duarum editionum quæ præcesserant, Gallicæ et Germanicæ : de quibus certior factus fuit ex Belgio a Benedicto Aria Montano ; cum exemplum Parisiense ad se transmissum agnovit mutilum sane et incorrectum editum fuisse, ac in eo alterum Dracontii librum, et epistolam Eugenii, præfationemque deesse ; sed omnia hæc supplevit editione sua Sirmondus, correctiore, ut existimo, quam illa esset ab Azagra promissa. Nescio autem an Sirmondianam hanc præcesserit Joannis Weitzii alia, adjectis ejus notis, cujus ipse meminit ad S. Hilarii Pictaviensis *Genesis* Francosurti anno 1625 editam. Thomas sane Reinesius, vir singularis eruditionis, hanc editionem alicubi (b) laudans, Sirmondiana priorem facit.

More autem suo Pseudo-Julianus, hoc est incautus et immemor, id quod priori Eugenio Ildephonsus, posteriori ipse attribuit (c) : dum non solum *magnum poetam* in quo se continere debuit, sed et *magnum*

(a) Illud carmen videsis infra, in vita S. Eugenii. Edit.

(b) Epist. 7 ad Daumium, pag. 48

(c) In Chronico num. 320.

(d) Quintanaduelfas, ubi supra.

Exstat item in Regia Bibliotheca Matritensi hujus Eugenii ad Protasium Epistolæ exemplum e Toletana veterum opusculorum Cl. Joannis Baptistæ Perezii collectione mutuatum ; in qua totidem verbis atque in novissima Poematione Eugenii editione legitur : *Missam sancti Hippolyti vel orationes, si nobis oculo vestro vita comes adferat, ut potuero pro vestra jussione parabo*. Fugisse tamen videtur clarissimi Matritensis editoris diligentiam Eugenii poemationis inscriptum *Epitaphium* (id est *Epigramma*) *conjugale* in vetusto Escorialensi *Fori Judicum* codice *Lit. M. Plut. III, num. 2*, anno 1188, ut in eodem legitur, exarato exstans*.

Item in Londinensi poetarum Latinorum sylloge 1743, pag. 1574, prioris numerationis, col. 2, habetur elegans Hexadecastichon elegiacum *De Scæva, Rufino et Ati*, in quo eorum patria, genus, ætas, mors, resque ab iisdem gestæ pulchre describuntur, sub hac rubrica : EUGENII V. C. (*Viri consularis, seu clarissimi*). Hic autem EUGENIUS ex mea conjectura NOSTER quod agimus, sive TOLETANUS est : itidem ac DOMINUS EVANTIUS V. C., cui continuo in eadem sylloge inscribitur heptastichon *De ambigenis*, in Toletano quoque Ruizii-Azagræ codice exstans, et in

triplici ejusdem Epitaphio, præter *Eugenii Miscellæ* acrostichida ; necnon cum Epistola ad Protasium, atque alia ad Braulionem Cesaraugustanum, e pervetusto Legionensis Ecclesiæ codice a Cl. Fr. Exm. Risco Augustiniano Hispaniæ sacræ Florezii continuatore ab anno 1775 primum divulgata ; cumque aliis bene multis e Toletano Ruizii-Azagrænsi codice et aliunde haustis, corsariæque ; et cum eruditius notis primus omnium splendidis typis edi curavit excellentissimus atque illustriss. dominus Franciscus Antonius de Lorenzana et Butron archiepiscopus Toletanus Hispaniarum primas in amplissima sanctorum Patrum Toletanorum Collectione Matritensi anno 1783 et 1785. Eiusdem jussa atque impensis procurata, duobus voluminibus

astrologum vocat, confundens utriusque inter se laudes. Posterior enim poeta, prior autem astrologiæ doctrina insignis fuit.

Missam S. Hippolyti martyris scripsisse etiam dicitur instante Protasio Tarraconensi metropolitano ; ad quem data epistola xx Maii æra 686, hoc est anno 648, exstare dicitur in codice gothico Ms. S. Emilianii cucullati, qui hodie ad regiam Scorialensem bibliothecam pertinet (d).

Meræ autem nugæ impostoris Pseudo-Juliani hæc sunt, quæ his verbis ejusdem supposititii Chronici continentur (e) : *S. Eugenius correxit Itinerarium provinciarum factum jussu Trajani Antonini Augusti et senioris Theodosii imperatoris*. Nam quidquid de Itinerarii istius auctore, inter varios omnium ætatum scriptores nunquam non controverso (f), divinare huic fabulatori eruditum antiquitatis hominem ridicule ostendant licuerit : nullo tamen veteri monumento, sive inciso, sive fuso, sive scripto, usquam unquam auditum lectumve fuisse credimus Antonium aliquem, sive Plum, sive Philosophum, multoque minus iis inferiores Trajani sibi adaptasse nomen. Leguntur quidem passim inscripti lapides Pii (g), quibus sese *Hadriani filium, Trajani nepotem, Nervæ pronepotem* Philosophique (A), quibus *Antonini Pii filium, Hadriani nepotem, Trajani pronepotem, Nervæ abnepotem* vocant : hoc tamen fuit familiam, seu adoptionis honorem jactare ac posteris transmittere ; non tamen ita sese nuncupatos ostendere velle.

novissima SS. PP. Toletanorum Editione, t. I, pag. 30, inter EUGENII NOSTRI poemata relatum, EVANTIUS procul dubio ille, sive EFANTIUS Toletanus archidiaconus est, Ildephonsi ejusdem Ecclesiæ præsulis cœvus patratoremque ab eo miraculorum testis, cujus postea mentio incidit. Ac si carmen *De ambigenis*, licet EVANTIO inscriptum, TOLETANO EUGENIO tribuimus : cur non potius eidem poematione *De Scæva, Rufino et Ati* tribuamus, cum expressum EVANGELII nomen in fronte gerat ? Demum in Bibliothecæ Cottonianæ Historia eidem præfixa pag. xxxv, col. 2 memoratur codex *Psalterii Davidici* ante nulla et amplius annos exaratus, eique assutus dicitur quinterno satis antiquus cum hac epigraphe : *Oratio Eugenii Toletani, versibus* ; cujus initium :

Rex Deus immense quo constat machina mundi,
Quod miser imploro Tu Christo perice clemens, etc.
Quæ certe non abluant ab Eugenii Toletani genio.

(e) Num. 529, ad an. 659.

(f) Flodoardus, lib. 1 *Histor. Rhemens.*, cap. 1, Æthico tribuit. Videndi Vossius, *D. H. L.* lib. III, pag. 691. Barthius, lib. *Adv. 13*. Userius, *De Britann. Eccl. origin.*, cap. v, pag. 78. Similius ad Æthici *Itiner.* Schotus ad hoc *Antonini Itiner.* a Surita illustratum.

(g) Apud Onuphrium, lib. II, *Fastor.* pag. 339 et seqq., et in Thes. Gruter.

(h) Apud eundem Onuphrium, pag. 345, et in Thes. Gruter.

fol. Eugenii III Toletani poemata emaculare tentavit Barthius *Adversar.* lib. I, c. 8, ibique nonnulla expedit ejusdem loca, fontesque unde hausta sunt indicat, hæc insuper de ipsius ingenio ac lectione addens : *Fuit autem apud Eugenium aliquod ingenium et lectio quoque non penitenda ; quæ tamen ambo gurges barbariæ sæculi sæpe poene oblitavit*. Felicior mihi in iambicis et trochaicis quam in epicis visus semper est. Exemplo sint frustum in Camento de adventu propriæ senectutis : *Crudelis ætas*, etc., atque in *De brevitate vitæ* : *Criminum mole gravatus*, etc.

* Epigramma illud inter opera S. Eugenii require, honoratissime lector. Edit.